



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

Synodus Landavensis. I. Circiter Annvm Domini DLX. Ab Oudoceo tertio  
Landauensi episcopo conuocata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

ANNO  
CHRISTI  
560.

SYNODVS LANDAVENSIS I.

CIRCITER ANNUM DOMINI DLX.

Ab Oudoceo tertio Landauenſi epiſcopo conuocata :

*Qua Mouricus rex Glamorganiae ob perfidam Cynetu inter-  
fectionem excommunicatur.*

**M**OURICVS rex & Cynetu conuenerunt inſimul Lan-  
dauiae, & praſente Oudoceo epiſcopo iurauerunt  
antepoſitis reliquiis ſanctorum, vt firmam pacem inter ſe  
tenerent. Facta iuratione, poſt interuallum occidit rex  
Mouricus dolo Cynetu, & poſtea epiſcopus Oudoceus  
conuocauit omnes clericos ab oſtio Taratyrin Guy uſque  
ad Tyui cum tribus abbatibus ſuis, Conſen abbate Carba-  
nivalis, Catgen abbate Ildute, Sulgen abbate Docguinni;  
& plena Synodo excommunicauit regem Mouricum  
propter homicidium ab eo perpetratum, & propter pactum  
factum praſentia ſua & ſuper altare Petri apoſtoli & ſan-  
ctorum Dubricii & Teliui, transgreſſum: & ita inclinando  
cruces ad terram ſimul & patriam, dimiſit ſine baptiſmo,  
& communio Chriſtiana maledixit regem cum progenie,  
& confirmante Synodo & dicente: Fiant dies eius pauci, &  
fiant filii eius orphani, & vxor eius uidua. Et remanſit rex  
cum tota regione ſua ſpatio duorum annorum, & eo am-  
plius, ſub eadem excommunicatione.

Poſt haec rex non potuit tam diu duranteſ excommuni-  
cationem tantam amplius ſuſtinere, videns perditionem  
animae ſuae, & damnationem regni, veniam requiſiuit apud  
ſanctum Oudoceum Landauiae, & effuſis lacrymis cum  
inclinato capite, & coram tribus abbatibus, Oudoceus  
epiſcopus impoſuit ei iugum poenitentiae ad modum qua-  
litateſ & quantitateſ, commendans ei vt tribus modis e-  
mendaret apud Deum & eccleſiam Landauiae, videlicet  
ieiunio, & oratione, & eleemoſynis.

Rex Mouricus accepto iugo poenitentiae, dedit quatuor  
villas pro redemptione animae ſuae, & pro anima Cynetu,  
eccleſiae Landauiae, & in manu Oudocei epiſcopi & omni-  
bus ſuis ſucceſſoribus, cum tota ſua libertate, & ab omni  
ſeruitio liberat in perpetuo, & cum tota communione per

patriam suam manentibus in his terris, in campo & in silua, in pascuis & in aqua. Prima, Riugraenau, II. Nantauan, III. est in qua occisus est Cynetu, vltra Nadauan: IIII. trans Nadauan, vbi filius regis mœchatus est, a palude Eleti vsque Nadauan, id est, villa Gudberdh. De illis quatuor, viginti quatuor modii terrarum.

De clericis testes sunt, Oudoceus episcopus, Consen abbas Carbani vallis, Catgan abbas Ilduti, Sulgen abbas Docunni, &c. De laicis, Mouric rex cum filio suo Frioc, & nepote Marrant filio Athruis, &c.

---

## SYNODVS LANDAVENSIS II.

AB OUDOCEO PRÆDICTO,

*Tertio Landauicæ episcopo, ad Podum Carbani vallis conciliata, in Morcanti regis absolutionem.*

**I**NSINUANDVM est quod sanctus Oudoceus cum sua congregatione, & Concen abbas sancti Catoci, & Sulgen abbas Docunni, & Congen abbas Ilduti, cum omni sua congregatione, & Morcant rex, & Frioc patruus suus, venerunt omnes ad Podum S. Ilduti, & ambo Morcant rex & Frioc, presentibus illis omnibus super altare S. Ilduti antepositis sanctis reliquiis, iurauerunt ita vt simul firmam pacem inter se sine dolo tenerent. Et ita tali conuentione, vt si vnus alterum occideret, aut ei dolum inferret, nullo se alio modo redimeret, agro nec argento, sed regnū suum quietum clamaret, & vitam suam totam duceret in peregrinationem. Post multum vero temporis, suadente diabolo, occidit rex Morcant Frioc patrum suum dolo: & eo occiso, venit rex Morcant ad Oudoceum episcopum, veniam requires de periurio facto, simul cum homicidio perpetrato, ad ecclesiam Landauiam.

Et audita eius petitione, mandauit episcopus Oudoceus propter abbates trium congregationum suarum, Concen abbatem Catoci, Sulgen abbatem Docunni, Congen abbatem Ilduti, cum suis clericis congregatis in vnum in sancta Synodo, omnibus ab ostio Taratyrin Guy vsque ad ostium Tiui. Et venit rex cum senioribus Morcannuc obuam illis ad Podum Carbani vallis, ad recipiendum iu-